



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

30 Choras & saltationes execrari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

## SIGNVM XXX.

Choreas de-  
sejari.

CHOREAS, ET SALTATIO-  
nes execrari.

1. **A**eneas Syluius author est, *Fridericum Rom. Imp.* dicere solitum: Malle se tenere, quàm saltationi operam dare, *lib. 1. Alph.*
2. *Albertus Imp.* Ladislai pater, dicere solebat eodem *Aenea Syluio (lib. 4. Comm. in res gestas Alphonfi)* referente: Venationem esse exercitum virilem, saltationem autem muliebrem.
3. *Alphonfus Aragonum & Sicilia Rex*, Galatiam potissimum leues esse dicebat, qui quò magis tate prouecti essent, eò magis saltatione & munitia sese oblectarent. Idem fortè mulierem impudentius saltitantem conspicatus: *Exspecta* inquit, *mox Sibylla edet oraculum*, sentiens saltationem infantiæ genus esse. Sibylla enim vix non edebat oraculum, nisi furore correpta. *norm. lib. 1. & 2. de Alphonf.*
4. *Domitianus Imp.* Cælium Rufinum Senecæ mouit, quòd saltasse diceretur. *Xiphil.*
5. *Gabinio viro Consulari Cicero* saltandi modum vt probrum obiecit.
6. *Tiberius Imp.* Roma saltatores expulit, et tuitque ne eam artem vsquam exercerent. *son. lib. 3. Dion. Nicæus in Tib.*
7. *Moyse* Exod. 34. aspiciens canentes & saltantes Iudæos, Tabulas digito Dei exaratas confregit. Rectè: nam *S. Chrystost.* ait: *Vbi est saltatio*



*ibi est diabolus: & alius ex SS. Patribus: Tripudiū, seu chorea, est circulus, cuius centrum est diabolus, qui in medio chorizontium est, ignem concupiscentiæ inflammans. Et S. Augustinus: Omnis motus & saltus petulantia, est saltus in profundum cloacæ. Philosophus quidam, apud Laërt. videns quendam lasciuia saltatione gestientem: Quanto melius inquit, feceris, hoc deterius facies. Ut & Mimus publicus dicebat; aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior. Cæl. Rhod. lib. 9. c. 56. Vide Theatrum hist.*

## SIGNVM XXXI.

**IN CIVIVM ALBVM SEV NVME-** *Ture ciuita-*  
*rum non quosuis conferre aut recipere, sed eos*  
*duntaxat, qui Reip. & ornamento* *tis nõ quos-*  
*& emolumento esse possunt,* *uis donare.*

**S**unt in Rep. necessarij 1. *Theologi*, sacrorum, *Vide M.*  
 pieratis, & religionis interpretes ac antistites: *Tun. 44.*  
 Quia religionis præcipua cura in Rep. est susci- *Pol.*  
 pienda: (Plato 2. de Rep.) finis enim vitæ nostræ  
 Primarius, & meta, ad quam collimandum, Dei  
 cultus & honos est. (Idem 4. de Leg.) Reip. fun-  
 damentum ac propugnaculum Religio est. (Idem *1. Theologi.*  
 4. de Rep.) Vera sapientia ac virtus est Dei cog-  
 nitio; contra inscitia ac improbitas summa, Dei  
 ignorantio. (Idem in Theateto.) Fundamentum  
 Legum & virtutum omnium Dei metus & cog-  
 nitio est, (Cic. 2. de leg. & in Orat. pro Plancio) &  
 fons publicæ felicitatis. Vnde illud Sybaritis O-  
 sculum redditum;